



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

### **R. P. Thomæ Tamburini Societatis Iesu Siculi Caltanisettensis, In Alma Vniversitate nobilis Civitatis Messanæ, Theologiæ Primarij Professoris. Explicatio Decalogi Duabus distincta partibus**

In qua omnes ferè conscientiæ casus, ad decem Præcepta pertinentes,  
mira brevitate, claritate, & quantum licet, benignitate declarantur

Continens sex Libros posteriores in Decalogum, id est, expositionem  
præceptorum secundæ tabulæ

**Tamburini, Tommaso**

**Monachii, Anno M.DC.LIX.**

Hæres occisoris quid debeat? nu. 14.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-39995**

si, infirmitat, non videtur coherere cum alia, quam alibi s' affert, & nos superius amplexi sumus, nimirum occidentem non obligari ad restitutionem damni indirecti, etiam si illud intenderit: v. g. te non obligari ad damna secuta ex morte avari, qui mortuus est propter dolorem conceptum ex thesauro à te illi surrepto. Cohæret tamen; nam ibi fur, siue intendat, siue non intendat mortem, non est causa externa, nec physica, nec moralis mortis avari: at hic homicida est vera mortis causa, unde illi damnum patitur, & ex alio capite, illud damnum intenditur ab homicida, ergo merito tunc peccat contra iustitiã, & restitutionem debet, vide quæ dicam lib. 8. tr. 3. c. 4. §. 2. num. 3.

f Less. li. 2. c. 9. n. 1.

*Hæres occisoris quid debeat?*

14. Dubitatur secundo, an hæredes homicidæ obligentur resarcire damna occisi, n. 3. dicta, quando ipse homicida fuit à iudice, pœna præsertim capitali condemnatus? Respondeo, obligari: t' illius enim pœnæ positio, siue ex officio processerit iudex, siue ad læsæ partis instantiam, est ex iustitia vindicativa, & in bonum Reip. ceterum non apparet, unde per illa ad æqualitatem reducta sit inæqualitas rerum temporalium facta parti læsæ. Nam pari modo fur, si capite plectatur, non propterea illi cessat obligatio restituendi, quæ rapuit. Illud concedo, quando hæredes occisi sunt divites, vel nobiles, qui ejusmodi damna temporalia petere non consueverunt,

facile posse judicari, esse illis solo supplicio factum satis. At si pars læsa sit ex vulgo, & præsertim quando damnum est grave, non video, nisi expressè remittat, qua ratione remississè præsumenda sit.

t sanc. l. c. 4. dub. 6. Mol. d. 84. n. 8. Less. l. c. d. 22. nu. 138. Vasq. dub. 5. & passim. contra Rossellam, Sor. aliosq; cit. ab eodem Less. ib.

*Excedens modum suæ defensionis, vel invadens, vel provocans, an obligetur ad restitutionem ex homicidio &c.*

25. Dubitatur tertio de excedente modum justæ defensionis: Petrus v. g. aggreditur Paulum; is, cum se posset defendere, solum vulnerando Petrum, tamen gladio transfodit, & interemit, obligabitur ad restitutionem?

Respondeo, hunc incurrere irregularitatem, certum n' sit: sed quoad restitutionem, de qua est sermo, Lessius tria docet. x Primo, si Petrus Paulum ad pugnam provocavit, Paulum ad nihil teneri, quia provocans videtur omnia damna remittere provocato, dum facit ei potestatem, ut contra se agat, quod potest. Quam doctrinam nos non multo ante num. 2. admisimus. Secundo, si Petrus aggreditur Paulum sine provocatione, teneri Paulum, si excedat in se defendendo, ad integram restitutionem, quia peccat tunc Paulus contra iustitiam, excedendo modum: Tertio, esse tamen probabile, teneri solum ad

R. 2

partem